



2.

17

1.

2.

3.

4.

6.

17

1.



G. 14. num. 13.  
~~201~~

13

DISSERTATIO JURIDICA  
DE EO

1723, 2.

QUOD JURIS EST  
CIRCA ACTUS, PER  
PROGRESSIONEM  
INITOS,

24  
—

1723

QUAM

DIVINO FAVENTE NUMINE

ET

MAGNIFICO JURIS-CONSULTORUM ORDINE SUFFRAGANTE

PRÆSIDE

VAL. JOH. BESELIN,

U. J. D. ET ADV. ORD.

*In Illustri ad Varnum Academia*

EJUSQUE

IN AUDITORIO MAJORI

Ad diem xxiii. Octob. Anni M. DCC. XXIII.

*Horis consuetis*

*Amicabili discussioni submittet*

MATTHIAS PETERSSEN,

Boitz. Megap.




ROSTOCHII,

Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Amplissimi Senat Typograph.



DIPLOMA  
DE BO  
ODI JURIS EST  
CIRCA ACTUS, PER  
PROGRESSIONEM  
INITOS,  
BRINOT FAME NUNNABE  
PRASSIDE  
VAL. JOH. BRESLIN,  
IN ADITORIO MAIORI  
MATTHIAS. PETERSBR,  
ROSTOCHH,  
THE NICOLAI SCHWESEROR



## PRÆFAMEN.



Ir ille stupendæ fortitudinis *J. C. von Eckerberg*, qui ante paucos aliquot annos, hic quoque Rostochii publica ejus edidit Specimina, Lipsiæ Emtionem, per progressionem inisse fertur, ut legere licet in den, mit allerhand Staats-Friedens- und Kriegs-Affairen beschÿftigten Secretario, in der 34ten Expedition pag. 904. ubi hoc Ejus Cambium extat: Leipzig den 17. Octobr. 1717. Wegen diesen meinen Solawechsel-Brieff zahle Ich an Hen. Johann Heinrich Beyern, binnen 24. Stunden, und zwar jede Stunde derer 24. und zwar die erste 1. Pf. Die andere 2. Pf. Die dritte 4. Pf. Die vierdte 8. Pf. und also weiter bis zu Ende derer 24. Stunden jede allezeit duplirt, es mache aus an Nthle. so viel es in Rechnung austrÿget; Des Wehrts bin ich durch einen Pferde-Handel wohl vergnÿtget; Des dahero bey Verpfÿndung meines Vermÿgens, à dato an, mit Begebung aller Ausflucht, als der Verlehung ÿber der Helfste, gute Zahlung, und nehme Gott zu Hÿlffe.

*Johann Carl von Eckerberg.*

Addit hic tandem Autor: Wer das nicht begreiffet, der lasse sich mit dergleichen Negotiation unvermenget. Ob aber in Rechten dergleichen Casus ohne expresse Benennung der Haupt-Summa, oder des eigentlichen Kauff-Prethi zugelassen sey, und ob nicht, wenn gleich sonst alles richtig seyn mÿchte, bey Unwissenden dennoch in solchen Fÿllen die Exception des Mißverständes Statt habe? mÿgen die Rechts-Gelehrten ventiliren. Quæ verba calcar nobis injicere, examinandi plenius hunc contrahendi modum. Id quod quidem suscepimus in sublequentibus, minus tamen securi, num ubivis, rem acu tetigerimus. Etenim hanc materiam, aliquantulum juridice pertractatam, vel modo tactam ab ullo, nobis videre non licuit. Ut inde veniam eò citius speremus, si quædam doctioribus forsitan non placeant, cum omnia in applicatione Juris, per proprias meditationes investigare, atque primum rimari debuerimus: Jam contenti, si modo contra Juris principia nil quicquam scriptum reperitur. Primum itaq; caput generalia continebit: Idem Jus circa actus inter vivos ita celebratos includet: Et Illud explicabit Jus circa actus in ultima voluntate ita susceptos. Faxit DELUS feliciter!

A

CAPUT

# CAPUT I.

## Generalis & Rubri Explicationem exhibens.

§. I.

*Ingressus  
Onomato-  
logiam ur-  
gens.*

**D**E EO, quod Juris est circa actus per progressionem initos, scripturi, necessitatis esse autumamus, si unquam, sane hac vice, Rubri explicationem suppeditare, deque themate presenti generaliora quaedam pramittere, quo statim cuivis pateat, quid sibi velit propositum nostrum & quousque indagare intendamus indolem actuum per progressionem celebratorum. Qui etsi non adeo frequentes in vita communi conspiciantur, cogniti tamen, praesertim in Contractibus cuivis serme sunt, non attenda eorum natura, & ignorato nomine, quæ ideo explicanda merito jam aggredimur.

*Homony-  
mia voc. l. genit. & ult. ff. de J. & J. jam explicatas.  
Juris & a-  
ctus.*

§. II. *Juris* vocabulum diversas accipit significationes in *Civilem*, ita ut sensus Rubri sit: Nos agere velle de eo quod disponit vel permittit Lex Civilis circa actus per progressionem initos, num scilicet liciti sint num minus? *Actus* quoque multipliciter, maxime pro servitute quadam rustica in Jure sumitur. *vid. Calvini Lexic. verb. actus.* Nobis hic idem est quod *negotium ein Geschäft, Handlung*, prout etiam sumitur in *l. 41. §. 13. de fideicom. Liberrat. l. 99. §. fin. de V. S. l. 21. C. de Negot. gest.* Ita quoque eo utitur *Quintilianus Lib. XI. Cap. 1. ibi: Etiam in ceteris actibus vira, non idem in foro, curia, campo, theatro, domi sacere conuenit.* Hinc satis trita Jurisconsultorum distinctio inter actus, in ultima voluntate, & inter vivos, celebratos. Ut inde eò libentius hoc verbum in Rubro elegerimus, quò generalius istud est, ut ultimas quoque voluntates, hic itidem pro instituto nostro examinandas, simul includat *l. 19. & 20. de V. S.*

§. III.

§. III. *Inire* vel celebrare negotium aliquod per progressionem, quid inferat, explicandum jam venit. Et proprie quidem, vi vocis, progressus, non secus ac ingressus, congressus, digressus, certum corporis motum denotat. Sicuti autem tralatitium est, hæc, cum verbis suis unde oriuntur, metaphoricè ut plurimum adhiberi apud Authores classici, v. g. Progressus ætatis, progressum in studiis facere *Cic. IV. Tuscul.* ita & hic sumitur ut idem ferme sit quod ampliatio, auctio, prout Mathematicis sumitur, & cujus descriptionem, addita ulteriori explicatione ac divisione suppeditat *Monf. ZOANA in Dictionnaire Mathématique* p. 49. ita: *La Progression est une suite de quantites, qui gardent entre elles quelque sorte de rapport semblable, & chacune de ces quantitez s'appelle TERME. la Progression peut être Geometrique & Arithmerique.* Est autem arithmetica progressio: *Series plurium terminorum, in proportione continua Arithmetica posteriorum, ita ut quivis terminus tot unitaribus major sit antecedente suo, quot unitaribus minor est subsequente.* Wenn man jedesmahl v. g. 4. oder 6. zu der ersten Zahl hinzusetzet, und solches, so lange es abgeredet, continuiret, v. g. si emerem equum, ita, ut pro primo clavo unguulari darem unum assem: pro secundo apponerem priori unico assi adhuc quatuor i. e. 5. solverem: pro tertio iterum 4. adjicerem istis 5. assibus, i. e. 9. ita progrediendo ad clavum 24tum, ceu ultimum progressionis terminum, pro quo solverem 93. asses. Qui, si omnes & singuli connumerentur, efficiunt 23. Thaleros, 24. asses, ubi ratio progressionis erat 4.

Progressio  
quid hinc?

Progressio  
arithmeti-  
ca quid?

§. IV. Geometrica vero progressio dicitur: *Series plurium terminorum in proportione continua geometrica posteriorum, ita ut quivis terminus vicinis vicibus superet antecedentem, & quidem totidem, quoridem ipse superatur à sequente.* Wenn je ein terminus umd ecksteche mahl grösser ist als der dorkvorhergehende, und zwar um eben so vielmahl als er kleiner ist als sein nechstfolgender. Um wie vielmahl er nun grösser oder kleiner ist, das wird genannt die ratio geometrica. v. g. si in emtione equi Venditor stipuletur, ut pro primo clavo unguulari darem unum denarium: (quorum 12. constituunt assem), pro secundo duos: pro tertio, 4: pro quarto, 8. denarios & sic porro semper duplicetur numerus

Progressio  
Geometri-  
ca quid?

A 2 præce-



præcedens usque ad ultimum clavum 24tum, pro quo solvendi essent 838868. denarii. Quod si omnes & singulos connumeret, inde exsurgunt 16777215. denarii, qui efficiunt 29127. *Rthlr.* 5. *fl.* 3. *pf.* Vel, si ad clavum 32dum (quot in unguis communiter conspiciuntur) mediante hac continua multiplicatione ascendere pactum fuisset, omnium omnino denariorum summa foret 4294957295. Qui efficiunt 357913941. asses & 3. denarios, ex quibus oritur summa 7456540. *Thalerorum* 21. assium & 3. den. seu 74. *Tonnen Goldes* 56540 *Rthlr.* 21. *fl.* 3. *pf.* Ex quibus exemplis constat tolerabilem quidem esse arithmeticam proportionem, geometricam autem si terminum remotum respicias, ceu pecunie rapacem, fugiendam potius esse, quam ineundam. Id quod eo magis attendendum, quando per 4. quivis numerus antecedens multiplicatur, ubi integrum sane Regnum emere licet, si pro numero conclavium, quorum fingamus 24. tantum in Arce Regia esse, constituamus pretium, ita, ut pro primo detur una nux: pro secundo, 4. pro *III*io 16. pro 4to, 64. nuces, & sic porro usque ad conclave ultimum 24tum, ex quarum omnium tandem instituenda additione proveniunt 93824992236885 nuces. quarum 300 si etiam statuamus constare uno denario, inde tamen exurgerent 312749974122 denarii, & supersunt adhuc 85 nuces, qui denarii efficiunt 26062497843. asses, 6. *Pfn.* & hi iterum 542968705. *Thaleros* 3. ass. 6. den. seu 5429. *Tonnen Goldes* 68705. *Rthlr.* 3. *Schill.* 6. *Pfen.* 85. *Nisse.* vel, si mavis, 542. *Million Rthlr.* 9. *Tonn Goldes* 68705. *Rthlr.* &c. integrum sæpius Regni pretium, nucibus licet initum.

§. V. Satis itaque apricatur jam sensus Disputationis nostræ. Quo autem eo magis de eo constet, observabimus adhuc morem laudabiliter receptam, subministrando quantum quidem generalitas Rubri permittit, aliqualem ejus descriptionem, cum in accurata illius definitione tradenda, per integrum anni spatium, prout Duareno in judicii definitione & divisione contigit, inaniter desudare, volupe non sit. Est itaque Actus per progressionem initus. *Placitum unius, pluriumve, quo id agitur, ut aliter alterius voluntati satisfaciatur, præstando.*

*Novabile*  
*Prog. Geom.*  
*met. exemplum.*

*Descriptio*  
*actus per*  
*Progressi:*  
*viri.*



frando, pravia ad terminum certum, sepius incertum, ut plurimum per 2. vel 4. continuata, vel multiplicatione numeri primi & cuiusvis subsequentis producti: vel additione certi numeri, tot res, totve facta, quot ex additione omnium omnino numerorum tandem insitruenda apparent. Quod enim interdum sit placitum unius, demonstrabit Caput. Illitium, quodque terminus sepius sit incertus evincet §. 14. Cap. II. sic & verba: continuata vel multiplicatione respiciunt proportionem geometricam, verba: vel additione certi numeri arithmeticam innuunt proport: quin facta quoque multiplicari posse vel addi, docebunt. §. 19. Cap. II. & §. I. Cap. III.

§. VI. Cognita sic actuum per progressionem initorum natura, inquirendum jam erit, an antequam ad specialiora descendimus, num admittendi sint an minus? Et Jure quidem Naturæ ac divino eos licitos esse firmiter asserimus. Cum enim quilibet rei suæ legem dicere possit, quam velit, ea valent rumque sit moderator & arbiter l. 21. C. Mandati & nihil tam naturale quam voluntatem Domini ratam haberi §. 40. J. de vino. R. D. l. 9. §. 3. de A. R. D. nil quoque magis congruum fidei humanæ, quam ea quæ inter Partes placuerunt servare l. 1. pr. de Pactis. Nec interfit, qua sub forma conditionis (si impossibile ex-cipias) hoc, illudve placeat; Quis dubitaret, istiusmodi actus, naturalis turpitudinis, nil quicquam secum trahentes & licitos esse & utrinque servandos? Modo tamen, quæ necessaria sunt limitationes, I, alter contrahentium exinde non fuerit læsus, vel, si læsioni renunciatum vid. §. 25. 26. Cap. seq. II, dolose egerit. Sicuti enim nihil tam obstat consensui, in Contractibus regulariter liberrimo, quam error & dolus l. 15. de Jurisd. l. 7. pr. de dol. mal. ex quo nemo lucrari debet l. 1. pr. l. 12. de dol. mal.; Ita & quævis læsio Naturæ simul & Divino Juri quam maxime repugnat, ubi nemo cum alterius damno locupletandus l. 14. de Cond. Ind. & male quæsitæ divina carere benedictione sepius in sacris Bibliis inculcatur.

§. VII. De Jure nostro Communi quando quæritur, Num valeant istiusmodi actus? Et in eo affirmando non dubitamus, quia I. nullibi reperiuntur prohibiti Arg. l. 43. §. I.

Actus per  
Prog. initi  
ea valent  
Nat. & di-

Limitatio-  
nes due.

Et Jure  
Comm.

*de Procurat. l. 13. de Testib. II*, utriusque in Contractibus adest consensus certus & liber, III, pecunia quoque (idem in aliis rebus, & factis) exsolvenda est certa, ignorata licet adhuc summa *l. 7. §. 1. de Contr. Emr. & IV*, adhuc valet Contractus si modo ex eventu pretium possit certiorari SCHOEPPF *in Synops. tit. de Contr. Emr. n. 29.* Ut inde, positis cujusque Contractus substantialibus & deficiente Lege prohibitiva, non possit non ipse Contractus poni atque valere. Ex quo sequitur, quod pro conditione personarum contrahentium, factus vel profus non valeant actus ita celebrati, vel etiam claudicent: quodque I, exulante itidem dolo ac fraudulosa machinatione, quæ in omni Contractu præstanda venit *l. 5. §. 2. Commod. II*, læsio tantum ultra dimidium hoc jure eos rescindat, nisi (quæ sublimitatio est) ex incerto eventu dependeat progressio, ubi notorie remedium *l. 2da. de R. V. non obtinet arg. l. 10. & II. de Hæred. & act. Vend.* Quæ autem, remota Contractuum materia, per progressionem incuntur alia negotia, quæque ex unius dependent voluntate, pro diversitate casuum quos in sequentibus examinandos jam aggredimur, valere quandoque, quandoque autem corruere videbis.

*Limitatio-  
nis dua.*

## CAPUT. II.

*sistens*

*Jus circa actus inter vivos, per  
progressionem initos.*

§. I.

*Transitus.*

**Q**uandoquidum itaque per casus speciales Jus circa actus per progressionem initos examinare statuimus, merito eos, qui inter vivos sic celebrantur omnium primo intueri placet, quia & frequentiores sunt, & naturali ordine præcedunt celebratos in ultima voluntate, ceu

ceu ultima arbitrii nostri elogio. Exordiamur jam à materia matrimoniali, ubi opportune quaritur: Num valent sponsalia sub hac conditione inita, ut sponsa tantam pecuniæ summam sponso afferat, quanta, progressionem geometricam instituta, exurgeret ad numerum digitorum, ita ut pro primo digito, unum thalerum afferat, pro secundo, duos, pro tertio, quatuor, ubi, si connumeret pollices, 1023. thaleri dotis nomine essent solvendi. Et affirmative utique respondendum, quia quævis honesta possibilis conditio sponsalibus recte additur *c. 3. X. de Condit. Appos.* honesta autem utique est, ad sublevanda matrimonii onera; *vid l. 7. pr. l. 56. §. 1. de Jure Dot. l. 20. C. eod.* certum quid sibi stipulari *d. cap. 3.* licet hoc secundum quosdam, amorem venalem præferre dicatur apud CARPZ. *lib. 2. Def. 22.* Nec est, ut regeas, impossibile forsitan esse, summam præter spem & opinionem sponsæ, præsertim ex geometrica progressionem, mirum in modum excrecentem, futuro suo marito in dotem dari: Simpliciter enim & natura impossibilis non fuit istiusmodi conditio, sed tantum secundum quid in hoc individuo. Hinc, si plus speraverit sponsa in facultatibus suis esse, quam revera in illis est, retroacta annullantur & nihil promissum videtur, *vid CYPRÆVS de Sponsal. c. 8. §. 5.* si autem tantis instructa sit bonis, conditionata antea sponsalia retro purificantur *l. 11. §. 1. qui por. in pign. cap. un. X. de Sponsal in 610 c. 3. §. 5. X. de Condit. appof. ILLUSTR. DN. à KLEIN, in Notis ad Schepff. synops. Tir. de Sponsal. verb. possibilis.*

§. II. Sed verò, si focer futuro genero suo dotis loco *Qu. II. da.* solvere promittat primo mense unum thalerum, secundo duos, ita geometricè progrediendo usque ad mensem duodecimum, unde summa 4095. thalorum exurgit; Quaritur si tantis instructus sit bonis, num promissa implere, cogi debeat? Et affirmare id ipsum non dubitamus, ita tamen, ut I, si forsitan dos promissa omnia ejus exhauriret bona, gaudeat beneficio competentiae, i. e. tanta ei relinquenda sint bona, ex quibus commode cum familia vivere queat. *l. 15. §. fin. l. 16. solut. matrim.* Quamvis GALLIUS *lib. 2. O. 87. n. 6.* hoc ei denegat beneficium

*Ratione  
Sponsal. per  
Prog. inito-  
rum Quest.  
Ima.*

nefscium, qui sciens prudensque majorem facultatibus dotem promittit: Et porro II, si alii quoque, præter filiam elocandam adessent liberi, conferenda tandem, si interim aucta invenirentur Patris bona, eo mortuo dos esset *l. 17. C. de Collat. Nov. 18. c. 6.* Vel, si abstinere hæreditate paterna intendat filia, ad supplendam aliis legitimam teneretur *Nov. 92. c. 1. STRYK. de S. ab F. D. II. c. 6. §. II.* Tandem quoque III, dolus penitus absit *vid. §. fin. Cap. prac.*

*Qv. IIIia.*

§. III. Alia præstò sit quæstio: Num valeant, si ita ineantur sponsalia, ut conjux facta, hebdomade prima, dimidium thaleri turpiter corpore lucretur, additis septimana quavis subsequente, adhuc 8. assibus, priori summæ, usque ad exitum cujusvis mensis? Et prorsus non valere in aprico est, quia istiusmodi turpis conditio ipsum concernit matrimonium *cap. ult. X. de Condit. appof. c. 7. c. 32. qv. 2.* Sed vero, si ita sponsus stipuletur, ut adulterii loco, furto lucrum quærat, id ipsum secundum placita reiterando: discrepans est Doctorum sententia, num valeant sponsalia num minus? Et non valere asserit STRYK. *de Dissens. Sponsal. Sec. 2. §. 23.* quia æque ac ea, quæ natura talis est, dicitur, lege scilicet, impossibilis conditio, quam, ceu contra pietatem verecundiam, & bonos mores, nec implere nos posse credendum *l. 15. de Condit. Instit.* Verùm in favorem matrimonii hanc turpem conditionem pro non adjecta haberi, & ea non obstante, sponsalia, tanquam pura, statim firma manere, communiter statuitur ob textum in *C. ult. X. de appof. Condit. SCHOEPFF. in Syn. Tit. de Sponsal. n. 16. CARPZ. Jurispr. Cons. lib. 2. Def. 23.* ut quoque, quam ibi ajicit rationem, petulantia eorum, qui pudicitia imbecillifexus insidias struunt, frænum injiciatur. Quæ quidem ratio, sicut & quæ maxime consistit in matrimonii favore, quadrare itidem videtur in conditione natura impossibili, sponsalibus adjecta, ut inde quoque in *d. cap. ult.* & hæc detrahatur, quin, secundum CARPZOV. *all. l. aliosque,* adhuc hodie; sed contra rationem hoc, intuitu conditionis natura impossibilis, à Pontifice introductum esse, recte statuit STRYK. *ad Lauterb. Tit. de Spons. verb. detrahatur,* quia omnis consensus hic exulat, & potius jocari

*Qv. IVia.*

jocari, quam indissolubile vinculum inire videntur contrahentes, ut inde, sicuti Contractus ita initi, Jure Civili vitiantur *l. 31. de O. & A.*; Ita & hinc, ad evitandum infelicem eventum inviti non conjungendi *cap. 2. & 17. X. de Sponsal.* Hinc Sponsalia sub hac conditione inita, ut sponsus, continuando per septimanam, primo die unum milliare germanicum cursu vincat, secundo die milliaria duo: 3tio, 4. & sic porro, ubi septimo die 64. milliaria percurrenda essent, id quod natura impossibile, merito in praxi corruunt. Add. HOPP. & STRYK. *adpr. F. de Nupr. & in Nor. ad Br. F. E. lib. 2. c. 16. §. 14.* *Quest. Via.*

§. IV. Dictum fuit §. I. in f. deficientibus promissis divitiis antea annulari. Jam ergo quaeritur, si matrimonio jam contracto, tandem videat maritus, novellam Conjugem, per progressionem antea promissis vel divitiis vel forsitan operis honestis, parem non esse, & ita contrarium apparere illius ab OVIDIO dicti *lib. 8. Meram.* *Qu. Via.*

*Tota domus una est, iidemque parentque jubentque.*

Quid tunc remedii illi superfit? Et matrimonium, quod indiduumam vitae consuetudinem continet, ideo non dissolvi, vel exinde patet, quia dos operæve, non sunt de substantia matrimonii, quod consensus, non dos facit, *l. 30. de R. F. Nov. 18. c. 4.* & matrimonia non dotibus, sed affectu contrahuntur *l. fin. C. de Repud. l. fin. C. de donat. antenupt.* Insuper omni conditioni per concubitum renunciatum esse censetur STRYK. *ad Br. F. E. L. 2. c. 16. §. 13. verb. sub conditione* scilicet quoad indissolubilitatem matrimonii. Quoad alimenta autem, num & ea maritus adhuc subministrare debeat, nec potius possit domu uxorem expellere, merito dubitatur? Eam nec alendam, nec maritali affectione prosequendam, sed Parentibus vel propinquis ad domum remittendam esse, satis rigoroſe statuit GAIL. *lib. 2. O. 87. n. 2.* cum aliis ibi allegatis veteribus Jurisconsultis ANGELO, BALDO, ALEXANDRO, SOCIN. Optime distinguitur inter alimenta civilia & naturalia. *Ill*a ceu lautiora, cessante dote, vel maxima ejus parte, maritum jure denegare, ipsa æquitas postulat, ne, circumventus in solidum ad onera matrimonii teneatur *arg. l. 7. de Jure dor.* (quod secus cum sci-

B

ens

ens indotatam duxit, ubi personam suam pro dote dedisse intelligitur uxor) *hec* ceu vitæ conservandæ necessaria non item, uti hic Rostochii pronunciatum esse Anno 1702. refert SCHOEPPF. in *Synopsi Tit. de Jure Dot. n. 25.*

*Contractus  
num recte  
per Progress.  
ineantur?*

§. V. Perlustrata sic materia matrimoniali, Contractus jam examinabimus, per progressionem sæpius, quam sponsalia, initos. Ubi in omnibus ad specialiora decurrere, brevitate studio superfedemus, generaliter asserentes, quod regulariter omnes Contractus per progressionem, sive geometricam, sive Arithmeticam initi valeant, *vid. in. §. 6. Cap. Imi.* Verum quæstio præjudicialis erit: Num omnium Contractuum natura hunc contrahendi modum admittat? Quem si respiciant, ut respiciunt varii Contractus, frustranea ibi de validitate eorum, ceu non-entis erit disquisitio. Sic (*vid. §. 17. & 21. h. C.*) Contractus nominati reales per progressionem, vel Reales Contraxus vel *uplurimum* iniri nequeunt, quia horum Contractuum natura repugnat, quæ in eo consistit, ut res statim tradantur, cessante autem hac traditione, cessat & ipse Contractus admittunt. realis, qui inde a cæteris distinguitur HOPP. in *Exam. J. Tit. quib. mod. re contr. obl. qu. 1.* Nec officit quicquam,

*ambium*

I. quod tamen tecum ita convenire queam, ut mihi mutuo des primo mense unum Thalerum; 2do duos; 3tio quatuor, progrediendo sic ad mensem duodecimum: Quodque vellem ad conscribendam Disputationem Tibi primo die commodare librum unum; 2do duos progrediendo ad diem septimum: Quodque possim hac ratione cistas meas apud te deponere,

*Responsio.*

vel debeam sic res pignoris loco tradere: Quamvis enim hæc ita valide hodie incantur, non tamen ita celebrari dicitur contractus mutui, commodati, depositi, vel pignoratitici, sed tantummodo pactum de mutuando, commodando &c. quod &

*ambium*

II. forma & effectu valde distat ab ipso contractu. Nec est, ut dicas, quando traditur res mutuo vel commodato ita promissa, transire negotium antea celebratum in istiusmodi Contractum: Quia hoc quidem verissimum, sed toties tunc & novus quidam celebratur contractus mutui, commodati &c. quoties res traditur, ita ut progressio hæc, utrinque placita, non

*Responsio.*

infit

insit ipsi Contractui, sed pacto de contrahendo, a quo impune  
 resilire licebat Jure Romano *l. 30. de Reb. Cred.* ubi nuda pacta  
 nullam producebant actionem *l. 7. §. 4. de Pactis*. Id quod in *Pactum de*  
 nis pactis adhuc hodie obtineri quidam statuunt, cum LAU-  
 TERB. in *Tract. de Arrha Thes.* 104, quia 1, sunt pacta præpara-  
 toria, 2. Contrahentes non pacisci, sed Contractum mutui, *hodie string-*  
 commodati &c. celebrare intenderunt, 3, corrueret primaria *gat?*  
 illa Contractuum nominatorum divisio, qua in reales, litera-  
 les, verbales, & consensuales dividuntur. Sed vero, cum  
 moribus Germaniæ, ubi ad simplicitatem Juris Gentium rever-  
 sum, ex omni consensu regulariter obligatio oriatur. HOPP.  
*in Comm. ad 7. Tit. de Oblig. in Divis. Contr. tertia pag. 582.* J.  
 SAM. STRYK. *ad 7. Eod. verb. consensu* & pactum deliberato ini-  
 tum hodie æquipollet stipulationi MEV. *P. 5. D. 407*: per  
 hanc autem Jure Romano excludatur poenitentia STRYK. *ad*  
*Lauverb. tit. de Pact. verb. ad sui perfectionem*; necessario sequitur,  
 istiusmodi pacta hodie satis stringere, & ad præstanda per pro-  
 gressionem promissa, alterum jure teneri BRUNN. *ad L. 30. ff.*  
*de Reb. Cred.* WESENB. *ad ff. Tit. de Pact. n. 10.* ibique HAHN.  
*ad n. 9. verb. Jure Pontificio.*

§. VI. Notanter §. præced. diximus, Contractus no-  
 minatos reales vel *prorsus* vel *in plurimum* non admittere pro-  
 gressiones. Quandoque tamen contingere id ipsum posse, jam *pactis*  
 apparebit. Quodsi enim in ipsa traditione commodati vel de-  
 positi in continenti utrinque paciscamur, ut pro usu rei meæ,  
 vel propter depositas res meas, prima septimana, respective  
 solvas, vel ego solvam unum obulum: 2da duos, & sic porro  
 per mensem, quis unquam negaret, Contractus hos reales  
 ita per progressionem fuisse celebratos, & contrahentes me-  
 rito obligari? Constat siquidem Contractus gratuitos honora-  
 rium, quod in declarationem animi grati tantum datur, non  
 respuere *l. 6. pr. Mandati* licet ab initio promittatur, modo sit  
 tam exiguum, ut in compensationem usus concessi vel opera-  
 rum non veniat SCHOEPEFF. *in Synopsi Tit. Commod. n. 7.* Pa-  
 ctum quoque, Contractui bonæ fidei in continenti adjectum

cei ipsum contractum obligare, eoque promissa, adione ex ipso Contractu peti l. 7. §. 5. de Pactis l. 13. C. eod.

*Excluditur penitus mutuum.* §. VII. Prorsus itaque excluditur *mutuum* ceu stricti juris iudicium, quod pacta in continenti adjecta non admittit d. l. 7. vid. in STRUV. S. J. C. Ex. 6. th. 28. Hinc ita nequidem 1000. tibi mutuo tradere Jure Civili poteram, ut anno elapso, primo die mihi redderes unum thalerum: 2do, duos usque dum integra fors restituta: Quia istiusmodi pactum hinc nihil operatur, & quodcumque post aliqualem usum revocari potest mutuum arg. l. 17. §. 3. Commod. multominus usuras ita, in continenti licet, pacisci concessum, ut primo die ideo solvas unum obulum: 2do, duos &c. quia etiam mutuum sua natura contractus audit gratuitus. Quicquid itaque placebat, per stipulationem addere oportebat. STRYK. ad Lauterb. Tit. de Reb. Cred. verb. stipulatione.

*Quid hodie obtimeat?*

§. VIII. Verum enim vero, hodie valere *vi pacti*, ut mihi secundum tempora placita per progressionem, anno elapso restituas sortem, extra dubitationis aleam positum est, quia & revera, certi tantummodo solutioni destinati sunt termini. Num autem ita liceat pacisci, ut loco sortis mihi restituas primo die post annum, unum thalerum: 2do, duos, progrediendo ad certum usque terminum merito quaeritur? Distinguendum utique hic esse putamus, num calculata utrinque jam fuerit summa, ita restituenda, num minus? Et hoc casu posteriori iterum attendendum, num alteruter contrahentium fuerit in dolo, num autem utrinque bona fide actum? Priori casu, quando ad certam summam, per additionem redacta jam est fors ita restituenda, valet pactum, si scilicet, sortem creditam aequet, vel minorem efficiat summam, ubi non amplius debetur vid. STRUV. S. J. C. Ex. 16. th. 25. Quod si autem haec summa excedat sortem acceptam, superfluum nullo jure petitur per textum expressum in l. 9. C. de nonnum. pec. ibi. nihil ultra hoc, quod accepisti, sortis à te nomine Praeses Provinciae exigere poterit. add. l. 18. pr. de pactis. Ita, ut citius stellas de caelo casuras, quam ut mutuum in plus contrahatur, dixerint veteres Juris Interpretes apud JASON & ZASIVM

ad



ad LII, de Reb. cred. Nec valet quidem ut usura. arg. l. 3. C. de Usur., licet debitor, se superfluum donare velle, expresse dixerit Arg. l. II. §. de Reb. Cred. STRYK C. C. sect. 2. c. I. §. 24. quia in necessitatibus nemo praesumitur liberalis l. 18. de adim. leg. & usuraria pravitas, toties in Jure & Recessibus Imperii de Anno 1500. 1530. & 1548. damnata, nimium quantum conspicitur. Posteriori autem casu, si, concurrente utrinque bona fide, ignota adhuc sit quantitas ita restituenda, Mutuum transire in aliud negotium, & Contractum innominatum, do ut des inde enasci existimamus, quia substantiale mutui est, ut certum & idem in genere, seu tantundem restituatur pr. J. quib. mod. re contr. obl. substantialem autem, salvo contractu mutationi obnoxia non sunt HOPP. Exam. J. Tit. de Obligat. q. 42. subsistit itaque negotium, ex quavis tamen laesione tunc non rescinditur, nisi ea dimidium excedat, ubi ex l. 2. C. de Rec. Vendit. auxilium merito paratur. SCHOPFF. in synops. Tit. de Rescind. vend. n. 7. Quodsi autem alter Contrahentium fuerit in dolo, i. e. calculatum apud se jam habuit, tantam inde oriri summam, vel certo sciat per progressionem geometricam, ad maximam tandem perveniri quantitatem; contractus hic quidem ipso jure nullus non est l. 36. de V. O. actione tamen doli vel exceptione se tueri poterit, etiam aliquo modo laesus d. l. 36. l. 5. C. de inutil. stipulat.

§. IX. Tandem, quia usurae fortis dicuntur accessio, Ratione usurarum ituitu optime jam quaeritur: Num ita exigi ac promitti hodie possint, ut v. g. debitore in mora existente, ex eo tempore, loco interesse, certum quid, quavis die vel hebdomade duplicandum solvat, quae usura dicitur *ruischerzins*. vid. §. 18. in. f. Et facile patet (si terminum incertum excep-eris v. g. quousque navis ex Gallia venerit) nullius momenti hoc pactum esse, si quantitas tantem inde exurgens legitimum excedat usurarum modum l. 26. §. 1. C. de Usuris ita, ut ne quidem tanquam poena adjecta valeat l. 15. C. eod. l. 13. §. 26. de Act. Emr. dum usuraria pravitas aperte satis ex eo elucet, & aequitati quam maxime repugnat, uti hoc latius deduxit D. J. W. GOEBELIUM in Disputatione, Helmstädtii 1721.

habita de Jure & Judio Rusticorum fori germanici C. 2. §. 2. legere licet in ANNALIBUS ACADEMIÆ JULIÆ semestre tertio.

*Contr. literalis per progress. re- de initur.* §. X. Contractibus realibus jam succedat literalis. Quem contractum progressionis & arithmetica & geometrica capacem esse facile liquet. Ponamus, aliquem, literis inter-venientibus, ita se obligasse: Ich unterschriebener bekenne hiesmit, daß von Titio, die, abgeredeter massen per hanc arithmetica progressionem &c. Mir angeliebene Gelder, wirklich empfangen: versichere deshalb besser Ahrt Rechtsens, solches Geld, auff der Ahrt wie Ich es empfangen inskünftige Hr. Gläubiger, wieder auszugahlen. Quis jam dubitaret, biennio effluxo, ex Contractu hoc chyrographario validam enasci obligationem, & debitorem, nonnumerata licet pecunia, ad omnia exsolvenda, ex natura hujus Contractus merito adstringi? Nisi exceptionem nonnum. pec. tanquam vulgarem, cum onere probandi opponere vellet, quod quidem theoretice adhuc controvertitur, in praxi tamen conceditur, receptumque est MEV. P. 2. D. 22. n. 2. Brunn. ad L. 13. C. de non num. pec. n. 6. quamvis executionem, nisi liquido probetur, non impediatur CARPZ. P. 1. C. 32. D. 66. Meo P. 4. D. 266.

*item contr. Verbalis*

§. XI. In Contractu verbali locum invenire progressionem nostram, minus dubii adhuc habet. Quid enim, quæso, impedit, quo minus valeat stipulatio si quæram ex altero; Numme, v. g. mihi singulis septimanis, & quidem primo die assem: secundo duos, progrediendo sic ad septimum usque diem, donare vellet? & ille, se sic donaturum, statim respondeat. Brevibus asserimus: Quoties hodie pactum per progressionem initum valet, vid. §. 8. toties & stipulatio stringit, quia in effectu hodie nulla amplius, has inter conventiones, superest differentia, ut Dupondiis quoque constat.

*Con- Consensualis* §. XII. Consensuales tandem Contractus ordo tangit, ut quorum naturam progressionem nostram minime respicere, venditio & ex Emt. Vend. sæpius sic celebrata, fat fatis constat. vid. §. 4. Venditio. Cap. Imi. Huncque Contractum valere, dictum jam est §. ult. d. C.

d. C. quia omnia ejus requisita adsunt, liber scil. Consensus merx & pretium, in pecunia numerata consistens, justum, certum & verum. Quamvis enim primo intuitu videatur, justum & certum pretium hic deficere, adeoque contractum quoque corruere: Minime tamen hæc ita se habere, penitius inspicienti liquet. Certa siquidem semper & statim (remoto termino incerto) in se est summa exsolvenda ignorata licet quoad Contrahentes, & facile, instituta calculatione, notificanda. Quodsi enim pretium, per relationem determinatum, v. g. quanti emisti: quo pretio, illo die in foro vendetur: quanti iste arbitrabitur, certum dicatur in jure vid. LAUTERB. in Comp. de Contr. Em. Vend. verb. certum quis unquam de certitudine pretii perprogressionem exsolvendi adhuc dubitabit? Justum quoque adesse pretium *juridice* tale, nemo ambiget, si scilicet alteruter Contrahentium, non ultra dimidium læsus, ubi valet contractus & læsio toleratur l. 2. C. de R. V. l. 93. pr. ad L. falcid. Namque, si excedat summa per progressionem solvenda dimidium justii pretii subsistit, quidem emtio adhuc stricto jure, remedio tamen l. 2. C. de R. V. merito utitur emtor, ut vel corrigat enormem læsionem Venditor, restituendo superfluum, vel, recepta re sua, integrum reddat pretium. vid. §. ult. Cap. prac.

§. XIII. Non solum autem ita iniri potest Emtio Ven- *Ampliatio.*  
ditio ut pretium per progressionem determinetur, sed etiam ut ipsa merx ita tradatur. v. g. si contraham cum Mercatore, ut ei solvam pro primo pileo 40. thaleros; pro duobus pileis iterum 40. thal., pro 4. iterum tantundem, progrediendo multiplicatione pileorum, ad numerum globulorum, quos tunica mea præsefert. Qui contractus itidem valet, & pro una reputandus est emtione, licet in singulos pileos pretium constitutum, quia manifestum est, me non nisi istum pileorum numerum emturum l. 34. §. 1. *doe dil. Ed.* In se itaque certa jam est merx, certum quoque pretium, quod utrumque instituta computatione secundum placita, apparet. Ubi, si alterum ultra dimidium læsum esse, exadat, Remedium l. 2. C. ut in §. antec. locum invenit.

§. XIV.

*Applicatio  
secunda.*

§. XIV. Verum enim vero, non solum ad certum usque terminum, v. g. ad numerum globulorum, digitorum, clavorum ungarium, inita per progressionem valet Emtio Vend. ut demonstratum dedimus; sed etiam, si ad terminum *incertum* progredi placeat, ut ecce: Titius à Venatore omnes emit lepores, quos una die venari ei contingeret, ita ut pro primo solvat 8. asses: pro 2do, 16: pro 3tio, 32. &c. Quæ emtio in tantum valet, ut ne quidem in læsione enormissima, quæ longe excedit dimidium veri pretii, applicanda hic veniat l. 2. C. de R. V. sed secundum conventionis legem, si unum tantummodo venando assequi potuerit alter, pro 8. assibus eum tradere cogitur, licet, dum 32, alias ut plurimum constat, læsio valde enormis conspiciatur, quia omnia hic ab incerto eventu dependent, ubi læsio non attenditur *arg. l. 10. & II. de Hæred. & Act. Vend.* & ubi fortuiti casus par in utramque partem ratio est, neuter lædi videtur, ut loquitur HOTOMAN. *Illustr. Qu. 14. vers. sextum est.* Et, si forte fortuna decem ita occupare potuisset Venator, satis carè venditi essent. Modo dolus utrinque abfuerit. *vid. §. ult. cap. I.*

*Locat. Con-  
ductio.*

§. XV. Huc usque tradita de Emtione Vend. facillimo negotio jam applicari queunt Locationi Conductioni, utpote quæ proxima Venditioni & iisdem Juris regulis consistit *pr. f. de Locat.* Quid enim impedit quo minus cum altero ita contraham, ut mihi pro fundo locato solvat prima hebdomade unum thalerum: 2da, duos: 3tia, 4: 4ta, 8. finitis 4. septimanis sic iterum incipiendo, ubi 195. thalerorum pensio annua esset: Vel ut Pistor ex mea farina, conficiat panes certæ quantitatis, sic, ut pro primo ei solvam obulum: pro secundo, duos &c. Quæ locatio utique valet, ita tamen, ut ob læsionem ultra dimidium, ad instar Emtionis rescindatur l. 2. *pr. Locat. junct. l. 32. pr. ad L. Aquil. l. 10. seqq. de LL. CARPZ. P. 2. C. 34. D. 19. & lib. 5. Resp. 53. n. 6. RICHTER. P. 2. D. 99. n. 41.* Nisi ab incerto eventu mercès dependeat, v. g. si ita ædes conducam, ut loco mercedis annuæ solvam primo die, quo pluit in eo anno, assen unum: 2do die quo iterum pluit, duos, pro-

progreduendo sic, connumeratis tantummodo diebus pluvia-  
bus, ubi laesio non attenditur.

§. XVI. Mandatum ita quoque iniri posse, dubio ca-  
ret, v. g. contrahit quis cum Advocato, ut litis patrocinium  
fufcipiat, promittendo ceu honorarium, primo mense unum  
thalerum: 2do, duos, quousque Processus protrahetur; vel  
constituto in quamvis plagulam ab Eo conscribendam, per  
progressionem honorario. Quae conventio utique servanda,  
nec ob laesionem enormem, cum incertus adfit eventus, re-  
scinditur. Si modo dolus absit Advocati, scientis v. gr. in  
hoc iudicio moras valde neeti: vel si studio maxime protrahat  
litem: vel personalia multa immisceat & verbis alium profcindat,  
quo numero majores tantum evadant paginae. Quae om-  
nia tamen magis conveniunt Rabulistis, ita secundum FE-  
STUM dictis, quod acriores sint in negotiis gerendis & quasi  
rabiosi, dum aliorum scripta non tantum contemnunt & per-  
stringunt, sed etiam nil quicquam aestimant nisi quod à se pro-  
fectum fuerit, quo sibi quis fiat Suffenius Catullianus aut Me-  
vius Horatianus, uti est apud CASP. ZIEGLERUM in *Dissert.*  
*de Attrib. Rabulariis* Cap. 5. §. 2. 3. Cap. 10. 12.

Manda-  
tum.

§. XVII. Idem in Societate procedere nemo ambiget. *Societas ubi*  
Et quidem in *particulari* societate *indistinctè*; Non item in *ge-*  
*nerali & universali*, seu omnium omnino bonorum societate.  
Namque ratione *bonorum* conferendorum utraque Progressio-  
nes respuit, cum omnia bona hinc includantur, in tantum, ut  
in universali omnes res praesentes corporales ipso jure jam  
traditae dicantur, ac ita actualis traditio non requiratur. *l. 1.*  
*§. 1. l. 2. pro socio add. l. 3. pr. eod.* Et quamvis in generali opus  
sit traditione, haec tamen, si per progressionem fieret, quid  
operaretur, non videmus, cum omnia bona jam veniant tra-  
denda *vid. §. 2. & 6. Cap. 311.* Sed vero intuitu *operarum, & lucri*,  
tandem soluta societate, dividendi, tam generalem quam uni-  
versalem societatem, progressiones admittere in aprico est,  
v. g. ut alter de primo thalero lucrato certum quid, per pro-  
gressionem multiplicandum accipiat, quae conventio valet  
*§. 1. §. de Societat.* etiam si inaequaliter tandem divisum appareat  
C  
lucrum

lucrum, quia incertus lucri, ejusque quantitatis eventus justam hic satis infert causam, quæ in inæquali divisione lucri requiritur *l. 29. p. pro socio STRUV. S. J. C. Ex. 22. th. 31. inf.* Ita, ut ne quidem læsio ultra dimidium, ex eadem ratione attendatur.

*Contr. Emphyt.*

§. XVIII. Contractum Emphyteuticarium per progressionem inire quid impedit? *vid. §. 3. J. de Locat. v. g. conventum est de utili dominio fundi mei admodum sterilis, ita in Te transferendo, ut in recognitionem domini directi, cum canone annuo, tantas vel tantas agri perticas, primo anno redigas ad culturam, adjiciendo iis, quovis subsequente anno, connumeratis prioribus, adhuc unam, duasve: vel ut pro agro meo satis culto, qui recte etiam in Emphyteus in datur, JO. SAM. STRYK. ad §. 3. J. de Locat. verb. de prædiis in recognitionem domini directi, tanquam canonem solvas primo mense unum denarium: 2do, duos, progrediendo geometricæ ad ultimum anni mensem. Quæ conventio servanda, sive summa sic computata, respectu ad fructus habito, sit minima, quæ particularis nota est hujus contractus GEOD. Vol. 4. Conf. Marp. Conf. 51. n. 38. sive magna sit, ubi non statim Emphyteus negatur SICHARD. ad L. 1. C. de Emph. n. 28. J. de SESSE Tom. 1. Decis. Regn. Arag. Dec. 33. n. 18. Sed quid si maxima sit & fructus annuos superet? Resp. Anceps hæc est quæstio, verius tamen cum STRUVIO *Ex. II. Th. 72* aliisque putamus integrum, hoc non obstante, solvendum esse canonem, nec Emphyteutam, deferendo fundum, se liberare posse, quia ex Contractu obligatur *l. 5. C. de O. & A.* Eodem tamen beneficio & jure, quo*

*Progressio certa in Saxonia usitata*

Colonus, uti poterit GAIL. *lib. 2. O. 23. n. 25.* Hanc in Emphyteusi progressionem, ex accidenti, ob moram non soluti canonis in saxonia olim, si scil. ab initio ita convenerit, usitatam, quin approbatam fuisse, refert CARPZ. *P. 2. C. 38. D. 25. 26. per Landrecht Art. 64. lib. 1. ibi: Wer seinen Zins zu rechter Zeit nicht giebet, zweyfach soll Er Ihm geben des andern Tages, und also alle Tage zwiefach, dieweil Er den Zins inbehält, quæ pensiones dicuntur promobiles, vel Nuttscherhins, quia promoyentur, & quo diutius stant, eo majores fiunt, ita tamen*

ut

ut ultima tantum exsolvatur, non computatis prioribus, juxta CARPZOV. d. Def. 25. n. 7. & SCHOTTELIUM in Tr. de Singularib. & antiquis Germania juribus & observ. Cap. 19. §. 3. Hæc omnia tamen in fundo censitico tantum obtinuisse, habet BERLICH. P. 2. Concl. 47. n. 4. seqq. & ita responsum adhuc fuisse à Facultate Jurid. Lips. 1714, legitur apud Dominum LÜDERUM MENCKENIUM in Comm. ad ff. Tit. de Usuris §. 10. in fine.

§. XIX. Ad Contractus innominatos quando prolabi-  
mur, dubio caret, eos, tam regulares quam irregulares, pro-  
gressiones nostras admittere. Sic v. g. tradendo vestem me-  
am vendendam, firmiter te consentientem obligare potero,  
ut vel eam mihi restituas, vel tantam ideo afferas summam,  
quanta ad certum usque terminum instituta progressione, orietur, qui est *Contractus affirmatorius*. Sic prævio consensu tuo, per traditionem equi mei, te firmiter, tanquam ex *permutatione* obstringo, ut progrediendo geometricè ad certum usque terminum mihi tot reddas ex præsentibus tuis anseribus, quot instituta additione apparebunt. Sic, dando tibi per septimanam unum thalerum ea conditione, ut die Lunæ, per unam horam labori incumbas: 2do die duas adhuc horas primæ adjicias, arithmetice ita progrediendo ad diem sextum, ubi 11. horas laborando exhaurire deberes, ex Contractu *do ut facias*, mihi utique obligaris, non secus ac ego obligor, si Contractum *do ut non facias* ita temetineam: ut, si nimis cupidus pulveris sternutatorii, hoc nasi nutrimento, ut creditur satis jucundo, amplius gaudere nolles, dare tibi promittam primo die, quo usum ejus intermitteres, 8. asses: 2do, adhuc 4, ita progrediendo ad exitum septimanæ tuque jam intermiseris ejus usum. Exemplum Contractus *do ut des* jam extat §. 8. h. C.

*Contr. innominati Progressionis sunt cæpæ.*

§. XX. Contractus innominati omnes audiunt reales, Nam hodie seu donationem vel factum ab altera parte postulant l. 1. §. 2. ff. in Contr. in l. 3. C. de Res. Permut. l. 5. pr. & §. seq. de Præscr. Verb. l. 7. §. 2. de nom. pæni. Pæf. Hinc antea, ceu ex nudo tantummodo pacto, agere *cere licet*, nequibam ad implendum placitum, priusquam à mea parte promissa

C 2

promissa impleveram; Quin & hoc casu, Jure Romano, jam datum repetere licebat per *Condict. causa data, caus. non fec.* vel per *Condict. ex pœnitentia l. 5. §. 1. de Pr. Verb. l. 3. §. 2. l. 5. pr. de Cond. caus. dat.* Hæc Jure nostro satis firma atque aperta, viam jam faciunt quæstioni satis superque agitata: Num *hodie* promissis stare debeam in exemplis §. anteced. subministratis, nondum utrinque, vel à mea solummodo parte impleto Contractu? Id quod negant COTHM. *Vol. 2. Resp. 4. n. 14. seqq.* MEV. *P. 2. D. 300. P. 3. D. 27. P. 4. D. 234.* CARPZ. *P. 2. C. 33. D. 23. aliique.* Quia natura Contractuum innominatorum nec hodie mutata: Pacta præparatoria, ceu imperfecta non stringunt: Et contrahentes non pacifici, sed contractum innominatum celebrare intenderunt. Quamvis autem contraria sententia probabilior utique videatur, quia pactum hodie æquipollet stipulationi, quæ tamen pœnitentiam Jure Rom. excludat *l. 3. 4. 7. C. de Rev. Perm.* quam ideo etiam tuentur STRYK. *CC. Sect. 3. C. 5. §. 4. & de A. f. J. S. 1. M. 7. §. 3.* GROENW. *de LL. abrog. ad L. 5. ff. de Cond. caus. dat. & l. 3. C. de R. Perm.* GUEDEL. *de Fur. Nov l. 3. C. 5.* BRUNNEM. *ad l. 5. ff. de Cond. caus. dat.;* Prior tamen in praxi magis recepta dicitur LAUTERB. *in Colleg. rit. de estim. Contr. §. 3. & in Tr. de Arrha thes. 104.* MAUR. *Conf. Kil. 13. n. 9.*

*Ex quasi* §. XXI. Transeamus tandem ad quasi Contractus, *Contr. qui-* les sunt qui ex unius factu & alterius presunto consensu efficiunt. *dam Progr.* cacem producent obligationem. HOPP. *in Exam. Tit. de Obl. non admittunt.* *qua quas. qu. 1.* Curiose hic quæritur: Num per progressionem & hi queant iniri? Perscrutata plurimorum quasi-Contractuum natura, respondemus, hunc incundi modum respuere quosdam, quosdam admittere. Incapaces sunt hujus progressionis v. g. negotiorum gestio, tutela, rerum & hereditatis communis administratio. Quia hic alter contrahentium est absens, vel ignorans, mihi tantummodo obligatus propter utilitatem ejus promotam, ex gestione vel administratione, in ejus favorem, vel solum, vel simul suscepta. Quamvis enim unum alterumve negotium in utilitatem absentis, Pupilli, Collegatarii vel cohæredis per progressionem, v. g. vendendo sic ædes, cum 3tio forsan inierim, & ita hic Contractus cum tercio



tio per progressionem fuerit initus; Exinde tamen ipse quasi Contractus, qui nos inter est, per progressionem initus, minime dicendus. Id quod fieri nequit, nisi mutato Contractus nomine. Non obstante, quod utilitas ex eo per progressionem cum tertio, celebrato contractu simul redundet in coheredem, Colleg. &c. sicuti facilius hoc per instantiam aplicatur: Si v. g. petam ex te ut vendas domum meam, eo per progressionem peracto, ipsa quidem Emptio Venditio per progressionem inita, minime gentium autem ipsum mandatum.

§. XXII. E contra, v. g. indebiti solutio, datio ob causam, datio sine causa admittunt Progressiones nostras. Forsitan exinde, quia extranea persona hic non concurrat, sed cum quo negotium peragitur, ille & ipse ex postfacto, ob summam æquitatem, ex quasi Contractu, præsumtam ejus voluntatem, inferentem tenetur, ut ecce: Per progressionem ad certum usque terminum ex errore indebite Tibi aliquid dedi existimans me ita debere, ubi, errore detecto, per Cond. Indebiti repeto data: Vel dotem Tibi tradidi per progressionem, mortua ante nuptias filia, per conditionem causa data, causa non secuta, quæ oritur ex quasi Contractu, datione ob causam, dotem recte repeto, cum tacita fuerit conditio: si nuptiæ sequantur l. 16. pr. ff. l. i. C. de Cond. Caus. dat. l. 10. §. 4. l. 21. l. 48. de F. Dor. Vel, sartore æstimationem vestis meæ, furto ei ablata, per progressionem conventam solvente, fure detecto, cum vestem recepi, per Conditionem sine causa ex quasi contractu datione sine causa recte repetit sartor pretium antea solutum l. 2. de Cond. sine caus. Veritas jam dictorum quadantenus magis in oculos incurreret, si approbanda esset quorundam Doctorum sententia, statuentium manere quasi-Contractum etiamsi expresse dicatur: ut restituat alter si appareat indebite solutum: vel si à sua parte non impleat Contractum Lauterb. in Comp. Tir. de Cond. Caus. dat. vers. oritur. & Tir. de Cond. Ind. vers. causa efficiens ilique alleg. à quibus tamen recte dissentit Hopp in Comment. Tir. quib. mod. re contr. §. 1. verb. non videtur ex Contr. Schæpff. in Synops. Tir. de Cond. caus. dat. n. 2.

*Quidam admittunt eas.*

*Pacta ita  
recte cele-  
brantur.*

*Quid in  
Transacti-  
on:*

*Quid ratio-  
ne delictor.  
obtinat?*

§. XXIII. Pacta quoque, positis terminis habilibus, Progressionum capacia esse, ex antea traditis jam patet, quia solennibus Romanorum stipulationibus aequipollent *vid. §. II.* ut inde prolixius hic excurrere, merito superfedeamus. Verum & in ipsis Transactionibus Progressiones nostras locum invenire, abunde patet. Quidni enim super re dubia ita tecum convenire possem, ut progrediendo per septimanam, primo die thalerum: secundo duos, & sic porro, exsolvas? Id quod validissimum, si modo res sit transigibilis, nec aliud quicquam obstat, quod transactiones vitiat. *vid. SCHOEFF Tit. de Transact. n. 26.* Num autem, si alter sic ultra dimidium læsus, beneficium L. 2dæ C. de R. V. Jure nostro locum inveniat? maxime controvertitur. In Saxoniam, affirmativa invenitur recepta per *Const. Elect. 34. P. 2.* quam etiam, extra Saxoniam in Praxi prevalere, defendunt CARPZ. *ad d. Const. D. I. n. 14.* RICHTER *Dec. 99. n. 54.* STRYK *de C. C. S. 3. C. 7. §. 21. ubi præjud. BRUNI. ad L. 65. de Cond. Ind. n. 4.*

§. XXIV. Quodsi jam quærat: Num etiam in delictis Progressiones nostræ locum inveniant? facilis est responsio, eatenus scilicet eas esse applicabiles, quatenus de illis transigere prohibitum non est. *vid. LAUTERB. in Comp. Tit. de Transact. vers. de Delictis.* SCHOEFF *in synops. eod. n. 20. seqq.* Scilicet pacisci de delictis per progressionem, plane non datur, quia gratuitam hoc infert delicti remissionem, quæ quomodo per progressionem fieri posset, non videmus. Nam, quando progressionem nostras hic procedere diximus, de præteritis tantummodo delictis dictum intelligimus, minime de futuris v. g. si quis pro furto primo, in ædibus meis committendo, thalerum promittat: pro secundo, duos, & sic porro. Quæ conventio, quia ad delinquendum invitat, prorsus in Jure est reprobata *l. 27. §. de Pactis* & non valet pactum, ne dolus futurus præstetur *d. l. §. 4. l. 23. de R. J.*

§. XXV. Sic itaque satis superque demonstratum dedimus, regulariter valere conventiones per Progressionem initas, nisi dolus concurrat, ubi minima læsio attenditur, vel, eo exultante, ultra dimidium alter (excepto termino incerto) fuerit læsus

læsus. Claudant jam hoc caput quæstiones quædam satis du-  
 bia. Ima sit: Num valeat Contractus per Progressionem *Qu. si quis*  
 initus, si alter gnarus indolis Progressionis, alteri ignaro *certioratus*  
 candide indicet, ne ita secum contrahat, certo certius enim *de Progres-*  
 esse, maximam exinde tandem enasci summam, verum rei *sione.*  
 pretium, nimium quantum superantem, & hac non obstante  
 admonitione, ita alter, ascendat tandem quod velit summa,  
 contrahere cupiat? Dolum ex sincera alterius certioratione  
 hic profusus cessare, satis constat, & inde iterum sequitur,  
*modicam* læsionem hic non attendi. In læsione autem enormi,  
 i. e. quæ dimidium veræ æstimationis adhuc excedit, num Re-  
 medium Legis secundæ C. de R. v. obtineat? magis intrica-  
 tum. Videtur nobis quod non, quia 1, nunquam, & ne quidem  
 in læsione enormissima, i. e. quæ longe excedit dimidium veri  
 pretii, beneficium rescissionis ei datur qui scivit, læsionem  
 ultra dimidium, vel magnam vel maximam fore CARPZ. P.  
 2. C. 34. Def. 3. n. 4. & 2, implicitam alterius voluntas in-  
 volvit omnis læsionis renunciationem. quin 3, alter quoque  
 sibi imputet, quod alteri fidem non adhibendo sua perdere  
 voluerit l. 13. §. 13. de Hæred. Pet. Wes. Vol. 6. Conf. 251. n. 28.  
 cum, jam sciens progressionis indolem, quodcunque super-  
 fluum donasse censeatur arg. l. 53. de R. F. Tandem 4, spe-  
 ciam aliquam sponsionis præfert istiusmodi negotium: spon-  
 sio autem, si ea, non celata rei, certo sic gestæ,  
 notitia, hoc non obstante ineatur, firmiter valet STRYK  
*ad Laut. Tit. de Abator. verb. dolum. SCHOEPFF in Synops. Tit.*  
*cod. n. 23.* Ubi tamen non potest non alter esse enormiter læ-  
 sus. Verum enim vero, si tam insignis per progressionem  
 tandem enascatur summa, quam scivisse, & de qua verosi-  
 militer cogitasse promittens dici nequit l. 19. *vers. caterum de*  
*inoff. testam. l. 47. §. 1. de Pactis*, ne omnibus omnino exuatur  
 bonis, vigore l. 8. C. de Judiciis succurrendum ei esse opina-  
 mur. Cumque Judicis arbitrio subjaceat læsio enormissima,  
 LAUTERB. in Comp. Tit. de Resc. Vend. *vers. excludant.* Hic in-  
 simul attendat statum, conditionem, ingenium, opes Con-  
 trahentium, & præprimis verba in contrahendo adhibita.  
 Qvodsi

Quodsi enim *certa* summa ab altero fuerit expressa, ad quam pecunia, sic exsolvenda, certo certius ascenderet, es *unserde unfehlsbahy* 1000. *Rthl. ausmachen*, & nihilominus alter contraxerit, pro concurrente hac summa, semel clare expressa, placitum utique est servandum. Siquidem dolus praesumptus, in quo imprimis se fundat enormissima laesio, ex praviam, certam summam includente certioratione fati removetur vid. CARPZ. *P.I. D.* 86. *n.* 14. Breviter: Nulla in hoc casu attenditur laesio, Exc. Nisi sit valde enormissima: quod iterum limitatur in certa summa expressa, non excluso tamen ubique Judicis arbitrio,

*Qu. si quis renunciat verit laesioni*

§. XXVI. Sed quid si II, in specie renunciatum esset laesioni ultra dimidium vel etiam enormissima? Respondemus cum distinctione: *Aut* enim alter alterum admonuit de natura Progressionis geometricae, uti in quaestione praecedente, & idem tunc hic quoque, ut ibi, jus esse apparet. Namque quae antea tacita aderat, jam expressa tantum conspicitur renunciatio, quae regulariter effectu non differunt l. 3. *de Reb. Cred. l. 23. de Jure Dot.* Scilicet specificiter scienti summam clare expressam, Remedium L. secundae C. non datur: secus, si generaliter tantum & obiter sciverit, ubi in hac fallaci Contractus figura, de tam insigni summa, valde enormissimam laesionem inferente, cogitasse non praesumitur COTH. *Vol. 3. R. 50. n. 174.* *Aut* nulla praecessit certioratio (de qua ex Cambio, in praefamine recensito non constat), & renunciatio nil prorsus operatur. Namque bona fide utrinque actum non esse, vel ex ipsa apposita laesionis enormis renunciatione, in hac quidem specie, facile liquet. Sane renuncians ignoravit dolum vel laesionem intervenisse, aut ignorato juri nemo renunciasset censetur l. 19 *de inoff. test.* GAIL. *lib. 2. O. 77. n. 8.* quin dolo deceptus non renunciat, DALNER. *de Renunc. Cap. 5. n. 21.* Ex quo iterum sequitur nec hypothecam, in Cambio nostro constitutam, valere, cum corruebat principali, accessorium regulariter quoque corruebat, nec subsistere possit l. 128. §. 1. l. 178. *de R. J.*

§. XXXVII.

§. XXVII. Majus adhuc III, dubium : Num valeat renunciatio læsionis enormis vel enormissima, si juramento fuerit confirmata? Jure quidem Civili nulla ex juramento contractui regulariter accedit firmitas cum nota hæc regula, quod juramentum sequatur naturam actus, cui adjicitur *l. fin. C. de nonnum. pec.* Verum Jure Canonico, quod in materia juramentorum sequimur, diversum prorsus inculcatur : scilicet omne juramentum servandum esse, quod absque dispendio salutis æternæ servari potest *C. quamvis de Pactis in sexto* id quod tamen in *d. Cap. & C. 28. X. de jurej.* notorie limitatur : si vis vel dolus concurrat, ne alias vinculum iniquitatis existat *c. 26. X. de jurej.* Facile itaque liquet, nec juramentum quicquam roboris istiusmodi renunciationibus afferre, cum illud ignorantiam facti non excludat *WESENB. Conf. 23. n. 12.* Quoties quoque de dolo constat, toties cessat obligatio juramenti, utpote quod alterius dolum non purgat *SFORT. ODD. de Rest. in J. Qu. 24. n. 44.* & quoties dolus in Contractu adest, toties præsumitur, quod dolus quoque sit in juramento *GYPHAN. Tr. de Renunc. Conf. 5. p. 158.* Cumque hoc juramentum dolose elicited sit ipso jure nullum *HAHN. ad Wesf. Tir. de Jurej. n. 14.* relaxatio ejus, nisi exabundanti, quod utique tutius *COTHM. Vol. 2. Resp. 53. n. 211. seqq.* necessaria non est *FRANTZ. lib. 2. Resol. 4. n. 4.* Sicuti autem dolus ab unius, & ignorantia ab alterius parte impedit hic effectum juramenti; ita è contra scientiam indolis progressionis, ubi alter de facto certus fuit. i. e. si scientiam veri valoris (summa hæc exsurgens *expressa*) habuerit, magis adhuc conservat renunciationem juratam *STRYK. C. C. S. I. C. 5. §. 8. in f.*

*Qu. si quis cum juramento renunciarit.*

D

CAPUT

## CAPUT III.

Exhibens

*Fus, circa actus, in ultima voluntate per  
Progressionem initos.*

§. I.

*Transitus.*

**E**xplicaturi, quatenus Progressiones nostra ultimis voluntatibus sunt applicabiles, facile concedimus eas hinc non adeo frequentari, uti quidem inter vivos fieri solevit. Hoc tamen non obstante, Progressiones hinc quoque invenire, ubi pedem figere possint, mox apparebit, si modo præcipua ultimarum voluntatum capitula perlustremus. Incipiamus à basi & fundamento Testamenti, hæredis scilicet institutione. Quam quoque Progressionem admittere, facile patet ex eo, quod sub quacunque conditione possibili hæres extraneus institui queat HOPP. in Exam. J. Tr. de Hæred. Inst. qu. 21. Cum enim nil prorsus alteri relinqui, quidni sub conditione quoque hæres is scribi possit? sive jam illa conditio in implemento unius, sive diversorum actuum consistat. v. g. si quis ita scribatur: Cajus hæres esto, si primo anni quadrante unicum habeat disputationem publicam: infrequenti quadrante duabus vicibus: 3<sup>to</sup>, 4: & ultima anni parte octies disputet. Nullus sane de validitate hujus Institutionis conditionatæ, dubitabit: & tamen Progressionem, eam includere, itidem constat.

*Unus pure heredem instituere, non procedit. Quod si enim quis ita scribitur: Titius hæres esto, post obitum meum, in uno thalero subseque[n]te die in duobus: qui duplicentur ad exitum usque illius septimanæ: istiusmodi hæredis institutio non valet, scilicet qua progressionem, nam qua primam institutionem in uno illo thalero, eam valere facile largimur, ita ut totam hæ-*

re-

reditatem capiat haeres sic scriptus, non vi Progressionis, sed vi primæ institutionis, non adscripto cohæredere l. 1. §. 4. de Her. Inst. Cum itaque Progressio, tanquam superflua, nil profus in hac data specie operetur; hæreditas quoque operationis progressio acq̄uisita dici nequit, & ita, hæc hæredis institutio poterit inutilis nominari, ea potissimum ratione, quod illa verba hic sint otiosa & sine virtute operandi vid. l. 4. de Usur. Si testes: Cohæredere simpliciter adscripto hæc tamen progressio aliquid operatur, ut scil. secundum Testatoris voluntatem relicta exsolvantur: Id quod concedimus, aſt eo casu non hæreditas sed legatum ita relictum esse censetur l. 13. C. de Her. inst. quod optime fieri §. 4. tus docebit.

§. III. Plures per progressionem pure institui hæredes bene Plures posse, nil prorſus impedit v. g. Titius hæres esto: subsequente anno post mortem meam Mevius & Cajus hæredes sunt: & tertio iterum inſequenti anno P. J. S. & M. hæredes sunt. Quæ dispositio utique servanda, & duo tantummodo fideicommissa universalia hic adesse, satis apparet, ita ut Titius, anno elapſo, restituat hæreditatem Mevio & Cajo & hi iterum post annum, 4 aliis eam reddant. Constat etenim in fideicommissis valere institutionem ex certo die §. 2. f. de fideic. Hæred. sicut & verba imperativa & directa flecti in precativa l. 2. C. Comm. de Leg. SCHOEPPF in Syn. Tit. ad Scr. Trebell. n. 12.

§. IV. Tranſeamus ad Legata. Hæc quoque per pro- in Legatis gressionem recte relinqui, minus dubii habet, ut ecce: Titio Prog. pro- lego ad futura alimenta primo anno 50. thaleros: secundo, 100. cedit. & ita porro usque ad ejus majorennitatem, vel: ad studia ejus continuanda pro numero librorum, quos possidet, tantam lego pecuniæ summam, quanta per arithmeticam progressionem, incipiendo ab uno thalero, additis semper duobus, exsurget. Valida hæc esse legata nemo negabit, & quidem pri, ori casu annuum adest legatum, cujus quidem cessit, sed non- dum, nisi adveniente quovis anno, venit dies l. 10. 11. 12. quan- do dies Legat. vid HOPP in Exam. f. Tit. de Verb. Obl. 9. 13. Por- teriori autem casu, legatum sub modo relictum apparet, quod statim

statim recte exigitur præstita cautione de modo implendo l. 40. §. ult. l. 80. de Condir. & demonstr. Quin etiam ex incerto eventu hæc progressio dependere poterit v. g. si navis mea ex Gallia feliciter redierit, Titius centum accipiat: si id secunda vice contigerit, 200, si 3tia vice, 400. ubi tot videntur conditionata relicta esse legata, quot tempora *an & quando* expectanda veniunt. Et tandem legatum pœnæ locum relictum, progressionem nostras optime recipere, res ipsa ostendit.

§. V. Sed quæritur: Si leganti non adeo nota fuerit progressio, præcipue geometrica, in doles, ad ingentem tandem adsurgens summam, num exsolvere istiusmodi legatum cogi poterit hæres? v. g. si condemnet hæredem, ut secundum numerum fenestrarum, in domu Testatoris repertarum, alteri pro prima fenestra solvat unum obulum: pro secunda, 2. pro 3tia, 4: & sic porro, adessent autem 24. fenestræ, & ita, calculata summa, 29127. thaleri, exsolvendi forent. Et sane ad omnia exsolvenda hæres utique tenetur, salva tamen eidem Falcidia detractioe *pr. §. & l. 1. pr. ad L. Falc.* Neque enim ad probandam Testatoris scientiam, uti quidem in re aliena & oppignorata convenit §. 4. & 5. *§. de Legar.* adigi poterit legatarius, cum *quantitas* hic legata, & præsumtio utique adfit, Testatorem, eligendo hunc legandi modum, ejus naturam quoque exacte calluisse; generalis quoque ejus voluntas satis conspicitur, specialiter licet non expressa totius legati summa, quæ tamen instituta calculatione statim apparet, & ita per æquipollens & teste dici poterit expressa. Quæ de legatis dicta, ad fideicommissa particularia facile applices, cum hæc per omnia legatis sint exæquata l. 1. de Leg. Imo.

§. VI. Tutela testamentaria ad ultimas quoque voluntates pertinet: In tantum, ut nequidem in Codicillis vel alia dispositione minus solenni datus Tutor absque confirmatione subsistat l. 1. §. 1. de Conf. Tut. Hinc quæritur: Num quoque per progressionem constitui possit? Et posse, addita scilicet *condicione*, progressionem includente, satis conspicitur, sub conditione enim recte eum dari, constat ex l. 8. §. 2. de test. Tut. modo certa Tutoris persona fuerit expressa. Quod si enim

*in tutela te-  
stam. obri-  
net Prog.*



nim ita daretur : Quicumque primo anni quadrante semel publice disputabit secundo bis &c. Tutor esto , constituto ei honorario 200. thalerorum : nullius momenti id esse notissimum est , quia incertus tutor dari nequit §. 27. *J. de Legat.* secus in ignoto §. 10. *J. de Excus. Tut.* Unum autem idemque pure Tutorem dari per progressionem posse , non videmus. Quodsi enim ita daretur : Cajus primo anno Tutor esto *semel* ; secundo *bis* & sic porro : inepta hæc esset Tutoris constitutio nilque profus progressio operaretur , cum vigore primæ nominationis jam Tutor audiat , ita ut per progressionem datus *in effectu* dici nequeat. *vid. §. 2. huj. Cap.*

§. VII. Plures tamen , diversique Tutores , *absque conditione* per progressionem in testamento recte dantur v. g. Titius , cum moriar , Tutor esto : biennio effluxo Cajus & Mevius Tutores sunt & iterum biennio elapso J. C. S. & P. tutelam suscipiant. Quæ testatoris voluntas , per progressionem declarata , utique rata habenda. Cum enim Tutor testamentarius , ad tempus recte detur §. 3. *J. qui test. tut. dar.* & sæpius vel dativus vel legitimus succedat : quidni etiam alius Tutor testamentarius , priori tutela finita , locum inveniret ? dum Patris consilium in jure censetur optimum l. 22. §. *fin. ad L. Jul. de adult.* & Provisio hominis hic facit cessare provisionem legis.

*& Plures absque conditione ita dantur.*

§. VIII. Donatio mortis causa , ad actus ultimæ voluntatis , dum in ipso mortis momento vires accipit , utique pertinens , progressionem nostras quam optime recipit , non secus ac alia donationes , inter vivos dictæ *vid. §. 11. & 23. Cap. præc.* prout cuivis facile constare potest. Rata itaque est istiusmodi donatio , salva tamen hæredi facultate detrahendi quartam Falcidiam l. 2. *C. de Mort. Caus. don. l. 5. C. ad L. Falc.* cum per omnia Legatis comparetur , ut loquitur SCHOEPFF *in synopsis. Tin. de M. C. don. n. 14.* licet adsint notabiles differentia.

*In Donat. m. c. obrinet Progressio.*

Quibus omnibus ut diutius immoremur , evidentia rei prohibet , potius vela contrahentes , dicimus :

*Epilogus.*

**SOLI DEO GLORIA.**

VIRO  
AMPLISSIMO AC LITERATISSIMO  
DN. ARNOLDO MATTHIÆ  
PETERSENIO

Senatori ac Secretario Boizenburgensi meritissimo,  
fidelissimo.

**B**lenium, & quod excurret, jam effluxit ex quo Filium tuum, jam  
Respondentem felicissimum, quali quali informationi mea com-  
mittere, Tibi, Vir prudentissime! placuit. Non potui,  
quin & in faciem & per litteras insuatum in Jurisprudenti-  
am amorem, ac indefessa Ejus studia, TIBI sapius testatum fecerim.  
Quodque id ipsum non ex Blanditiis originem traxerit, sed luculentis  
fulcritum fuerit veritate, sat satis indicat presens hoc, speci-  
men Academicum, magisque adhuc publicum, amicabile tamen, pre-  
lium, mox subeundum indicabit. Siquidem de felici hujus successu  
tantum abest ut dubitem, ut potius ex certa scientia sciam, Eum se  
Virum præsiturum. Scilicet privata hebdomadales nostrae disputationes,  
quibus, sicut & reliquis Collegiis lectoriis nunquam, nisi ob legitima  
impedimenta, defuit, abunde hucusque prodidere quod in comparando  
Juris thesauro plus quam geometrica fuerit progressus. Hinc etiam  
est, quod Disputationem publicam, Controversus maxime referam,  
& in omnes ferme Juris partes se diffundentem, eligere satius gloriosus-  
que duxerit, quam in unica, huic vel illi Rubrica affixa materia,  
ubi cetera sapius ignorantur, tantummodo harere. Faxit DEUS! ut  
hic Ejus Progressus in studiis, feliciter hucusque continuatus auctusque  
felicem tandem attingat terminum, quo & PATER & FAMILIA  
& PATRIA habeant de quo glorientur. Vale!

Scrib. die 14to Oct.

Anno 1723.

TIBI

addictissimus

V. J. BESELIN, D.

Rostock, Diss., 1715-23

ULB Halle  
005 016 037

3



TA → OL

nr 1+3 Stück verknüpft





B.I.G.

Farbkarte #13

13

J. 14. num. 13. ~~2.11~~

1723, 2.  
24

DISSERTATIO JURIDICA  
DE EO  
QUOD JURIS EST  
CIRCA ACTUS, PER  
PROGRESSIONEM  
INITOS,

J. 14

QUAM  
DIVINO FAVENTE NUMINE

ET  
MAGNIFICO JURIS-CONSULTORUM ORDINE SUFFRAGANTE  
PRÆSIDE

VAL. JOH. BESELIN,  
U. J. D. ET ADV. ORD.


In Illustri ad Varnum Academia

EJUSQUE  
IN AUDITORIO MAJORI

Ad diem xxiii. Octob. Anni M. DCC. XXIII.

Horis consuetis  
Amicabili discussioni submitter

MATTHIAS PETERSSEN,  
Boitz. Megap.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Amplissimi Senat Typograph.

